



**Augusti Buchneri Orationes Panegyricæ**

**Buchner, August**

**Cliviæ, [1668]**

XXIII. In Funere Barbaræ Schüteriæ, Christophori VVustii, Bibliopolæ  
VVittenbergensis, coniugis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69483](#)

complectitur, unicū libet dispensat fata, prout condu-  
cit maximē, et si alia omnia sperabamūs. Adeò, ut si ea-  
rum rerum, quæ nobis eveniunt, rationem ad volun-  
tatem nostri animi exigamus, vel iratissimus videri que-  
at; cùm studiosissimus nostri sit, nec qvicqvam aliud  
magis, qvam nostrā salutem procuret. Neqve enim  
bonorum malorum qvæ natura ad mentis humanæ ra-  
tiocinium examinanda est; sed pio misericordissimi  
Numinis voluntate potius consideranda. Qui cùm nec  
velle talēm aliquid possit mali; seqvitur multa spud i-  
psum bona haberi, qvæ nostris judiciis pessima videan-  
tur. Sed qvò sincerius hunc Viri optimi miseramini  
casum, tanto majore studio, procul omni dubio, ad ce-  
lebrandas istas exequias conyenietis. Pro qva singula-  
ri vestra benevolentia ac studio, tum patris absentis,  
& ejus qvidem afflictissimi, tam reliqvæ totius fa-  
miliæ nomine singulares vobis atqve prolixas ago gra-  
tias. Dabunt vicissim operam, ut grata & profutura stu-  
dia vobis exhibeant,

## ORATIO XXIII.

IN FUNERE

BARBARÆ SCHURERIAE,  
CHRISTOPHORI WUSTII.

Bibliopolæ Wittenbergensis,

Conjugis.

DUm ad exequias istas & hoc officium funebre,  
RECTOR MAGNIFICE, Reverendi Admo-  
dum, Amplissimi, Clarissimi & Prudentissimi Viri, tam  
frequentes convenistis, non modò de CHRISTO-  
PHORO WUSTIO Viro optimo, ejusq; desidera-  
tissima Coniuge BARBARA SCHURERIA, cui hæc per-  
folu-

soluta solennia sunt; sed & de vobismet ipsis quodammodo benè meriti estis. Nam quum ad refrenandam libidinem peccandi & continendum animum intra modestiæ legem nihil efficacius sit, quam suę quemque fragilitatis meminisse; in illam autem cogitationem nunquam præsentius induci soleamus, quam ubi funeribus intersumus, & quid futurum tandem de nobis, oculis coram intuemur: nemo non videt, quantum utilitatis ex hoc officii genere capere liceat. Jam quantus ad defunctam redundasse existimandus est honor, quum funus ejus à tot clarissimis lectissimisque viris deducatur? Qvod eis qvadam sacramenti nostri lege debere alter alteri videatur; maxult tamen infelicissimus viduus id singulari cuidam in se suamqve heu olim dulcissimam conjugem affectui adscribere. Ut quo plus beneficii acceperit, eò & plus solatii haurire posset. Qvo qvidem planè singulari opus erat, ut qui nescio quid rarum, & majus conjuge, amisisse sibi videatur. Nam qvamvis nunquam non amarum ac triste sit, divelli à suis; tamen ejusmodi privari uxore, in qua nec morosissimus qvisque ullam querendi causam inveniat, id verò ejusmodi vulnus est, cuius magnitudo atqve acerbitas vix sensu colligitur, nedum verbis exprimi queat. Præcipue qvum brevi adeò tempore fruiliuit: nulla præterea superfluit pignora, qvæ & testari de illo amore arctissimo, quem mutuò caluerunt antea, & lenire desiderium defunctæ possent. Ita enim existimandum est, parentes in liberis spirare qvodammodo, nec mori posse penitus, qui aliquod sui exemplar reliquerunt. Quod si illa cum primis officia studiaqve, qvæ diuiriore atq; quo nostro atq; difficiili tempore præstatur nobis, devincire ac nos obnoxios reddere assolēt, qvas vobis

bis tandem, Exequiatores, ille optimus Vir persolvet  
 gratias, quod in tanta clade domestica ipsi minimè de-  
 fuistis? Quam pietatem vestram ipse metu verbis amplis-  
 simis nunc iret dilaudatum, nisi doloris magnitudo,  
 non modò mentem opprimeret penitus, sed ipsum  
 quoque vocis usum adimeret. Ita autem persyadebi-  
 tis vobis, ipsum daturum semper operam, ut cogitet fa-  
 ciatque ea sedulò, quæ ad existimationem vestram ac  
 commodum maximè pertinebunt. Ego verò hac pu-  
 blica voce mitissimum Numen appreco, ut Virum o-  
 ptimum. CHRISTOPHORUM WUSTIUM, ita  
 firmet ac roboret, ut cum non Christiano Vate Chri-  
 stianè proflus exclamare possit:

*Duc me parens summiq; dominator poli  
 Quocunq; placuit; nulla parendi mora est:  
 Adsum impiger: fac nolle; comitabor gemens.*

*Quamvis ipse optem potius, ut latus comitetur  
 & lubens: ac quem percussorem sensit modò mox me-  
 dicatorem benignissimum  
 experiatur.*

**SOLI DEO GLORIA!**